



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 30. Innocentii XIII. Neo - electi Papæ gesta ante Pontificatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVII. laum de Judice: Cardinalem vero Pao.  
A. C. 1721. luccium Urbis & Orbis Vicarium, Oli-  
vierium Secretarium Brevium, & Orig-  
hium Congregationis Concilii Triden-  
tini Praefectum, & Marefosciū Au-  
ditorem nominavit. Prima Pontifica-  
tus sui auspicia p̄eclaro pietatis spe-  
cimine honestabat; supremum enim  
Inquisitionis Commissarium adesse jul-  
sit, eidem injungens, ut deinceps ho-  
jus Tribunalis rigorem temperaret,  
reosque mitius haberet: eapropter  
Menſe Septembri a Bernardo Maria  
Cardinale de Comitibus Pontificis Fra-  
tre, qui Inquisitionis Pr̄es̄ erat, plu-  
res captivi sine omni poenitentia liber-  
tati fuere redditī.

## §. XXX.

*Innocentii XIII. Papæ gesta ante  
Pontifikatum.*

*Vit. Card.* Natus erat Michael Angelus de Co-  
*t. I. p. 273.* mitibus Romæ Anno 1655, die  
*Guarnac. l.c.* decima tertia Maij Illustrissimis Paren-  
*pag. 138.* tibus Carolo II. Poli Duce, & Isabella  
Muti lectissima Matrona, ac Ducissa.  
A teneris propensum ad sacram mili-  
tiam animum præferens, studijs huic  
statui congruis admovebatur, ac præ-  
primis sub cura Patrui sui Joannis Ni-  
colai Episcopi Anconitani Philosophie  
&

& Theologiæ egregiam navabat ope- Sæc. XVIII.  
ram: Emenfo autem studiorum curri- A.C. 1721.  
culo cum Cardinali Patruo suo, qui  
ad Vaticana pergebat comitia, Ro-  
mam venit, ubi ab Alexandro VIII.  
Cubicularius honorarius renuntiatus ad  
Franciscum Maurocenum Venetiarum  
Ducem ablegabatur, ut ad eundem in  
fortitudinis præmium sacramentum & sem  
galeam Pontificis nomine deferret. Ex-  
acto hoc negotio, atque Alexandro VIII.  
fatis functo Michael ab innocentio XII.  
Asculanæ, Frusinonensis, Viterbiensis  
aliarumque Pontificiæ ditionis urbium  
Gubernator dictus, Tharsensis Archi-  
episcopus nominabatur, qua dignitate  
auctus, primo ad Helvetios, postea ad  
Lusitanæ Regem Nuntius Apostolicus  
decernebatur, qua legatione per duo-  
decim annos cum maxima nominis sui  
laude, ac Regis satisfactione defunctus  
est. Nec tamen hoc fortunæ benefi-  
cium sine invidiæ ac fastidii fæcibus  
Michaeli affluxerat; præterquam enim,  
quod Clemens XI. Papa illum Austria-  
corum partibus ultra modum adhæ-  
rere suspicaretur, occasione Quinde-  
niorum seu tributi, quod idem Pontifex  
Anno 1705. ex Jesuitarum proventibus,  
pendi petiit, gravissimam Reginæ  
indignationem incurrebat: Rem, ne  
aversi animi arguar, ipsis P. Antonii  
Franco

Sæc. XVIII. Franco Jesuitæ Historici verbis refero:  
A. C. 1721. *Hoc anno recruduit controversia de Quinder-*

*niis. Petrus II. Rex, cum ad bellum proced-*

*ret, Regni administrationem Reginæ Anglia*

*Annal. Soc. Sorori sue commisit: Hac opportunitate*

*ad An. 1704. utendum ratus Nuntius, nostrum P. Pro-*

*p. 416. n. 5. vincialem adstrinxit, ut quantocius Quin-*

*Vid. supra t. 67. l. 213. dennia solveret. Quo cognito verbis ex-*

*§. 58. p. 214. primi nequit, ad quam ira undiam in-*

*tempesiva hæc Nuntii sedulitas Reginæ ani-*

*mum provocarit; probe enim prospexerat*

*Regina, sibi, ac Regi per hoc injuriam fieri,*

*quod in præsenti rerum vicissitudine hoc*

*negotium denuo moveretur, perinde acj*

*unice in sui despectum, suorumque manda-*

*torum vilipensionem tum hanc solutionem*

*extorquendi animus fuisse. Eapropter*

*Nuntio accessus ad Regale Palatum, non*

*non immunitatis, qua hucusque tanquam*

*Legatus Pontificius fruebatur, usus fuit*

*interdictus, eoque debitæ (uti creditum)*

*erga Reginam Reverentiae officium neglexi-*

*set: Regina literas justæ indignationis testet*

*ad Papam dari jussit, suumque decretum,*

*quo quindennia solvere prohibitum, inno-*

*vavit: quinimo Nuntio Apostolico de-*

*nuntiari jussit, ut e Regno excederet:*

*Postquam vero Joannes V. Regni ha-*

*benas moderari cæperat, Reginæ jussa*

*revocavit, quæ tamen inde tantopere*

*commota est, ut Regni administratio-*

*nem penitus abdicaret. Anno sequenti*

Michael

CXXI  
efero:  
nder  
rocede  
Anglia  
unitat  
P. Pro  
Quin  
is ex  
um in  
æ an  
exera  
nfieri  
ue hu  
de ach  
nando  
tionea  
roptr  
, ne  
nquan  
s fuit  
litum)  
glexif  
s tefus  
retum,  
inn  
o de  
deret:  
i ha  
jussa  
opere  
ratio  
uenti  
chael

Michael Lusitanæ Protector sacro Pur- Sæc.XVIII.  
puratorum Collegio adscriptus, atque A.C. 1721.  
in Episcopum Auximanæ Ecclesiæ e-  
lectus, Romamque tertio post anno re-  
versus Fratrem suum Bernardum de  
Comitibus in Terracinensem Episco-  
pum sacrabat: Anno hujus sæculi se-  
ptimo Clemens XI. sua Constitutione  
sanxerat, ut Cardinales coram Regi-  
bus ac Principibus tecto capite starent,  
& Poloniæ Regina, eoquod Cardina-  
les ea ex caufa eidem ad Natalitia Do-  
mini festa gratulationis obsequium de-  
ferre renuerent, apud Papam de Car-  
dinale Grimaldo Biretum detrahere re-  
nuente, vehementer querebatur, Michael  
vero hanc litem facile composuit, dum  
ipsem coram Regina ultro caput deter-  
geret, moxque ceteri omnes Cardinales  
ejus sequerentur exemplum. Postmo-  
dum ad Auximanam Ecclesiam suam  
se contulit, quam etiam præceptis or-  
natay sanctissimis, ac moribus inconta-  
minatis, & justitia incorrupta per plures  
annos rexit, donec Anno 1719. ad Vi-  
terbiensem Episcopatum transferretur,  
cujus tamen possessionem non adiit,  
ad supremum Pontificatum assumptus.

§. XXXI.